

**USR EMILIA-ROMAGNA – CUSL (CONSULTA UNIVERSITARIA DI STUDI LATINI)
CERTIFICAZIONE DELLE COMPETENZE IN LINGUA LATINA 2025**

**Test B2-prima parte (comprensione)
Soglia al 75% (30 punti su 40 di cui almeno 4 negli es. 5 e 6)
Svolgimento in 90 minuti**

Quomodo Otho vitam despexerit ob manipularis militis exemplum

Summarium

Otho etiam privatus bellum detestatus est; sed ad suam vitam despiciendam concitatus est exemplo exitus manipularis militis cui, cum cladem exercitus nuntiaret, nemo fidem fecerat, adeo ut miles ipse sibi mortem consciverit. Ergo Otho quoque statuit sibi mortem consciscere, ne in periculum bene meritos homines coniceret. Certiores fecit de consilio suo binis codicillis sororem et Messalinam Neronis, quam matrimonio destinaverat, ei commendans reliquias et memoriam suas.

1 Interfuit huic bello pater meus Suetonius Laetus, tertiae decimae legionis tribunus
2 angusticlavius(1). Is mox referre crebro(2) solebat, Othonem(3) etiam privatum usque adeo
3 detestatum(4) civilia arma, ut memorante quodam inter epulas de Cassii(5) Brutique(6) exitu
4 cohorrerit(7); nec concursurum(8) cum Galba(9) fuisse, nisi confideret(10) sine bello rem
5 transigi(11) posse; tunc ad despiciendam(12) vitam exemplo manipularis(13) militis
6 concitatum(14), qui cum cladem exercitus nuntiaret nec cuiquam fidem faceret(15) ac nunc
7 mendaci(16) nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur(17), gladio ante pedes eius
8 incubuerit(18). Hoc viso proclamasse(19) eum aiebat «non amplius se in periculum talis tamque
9 bene meritos (milites) coniecturum». Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum
10 cohortatus(20), ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnis(21),
11 secretoque capto binos(22) codicillos exaravit(23), ad sororem consolatorios(24), et ad
12 Messalinam(25) Neronis(26), quam matrimonio destinarat(27), commendans(28) reliquias
13 suas(29) et memoriam. Quicquid deinde epistularum erat, ne cui periculo aut noxae(30) apud
14 victorem forent(31), concremavit(32). Divisit et pecunias domesticis(33) ex copia praesenti.

Glossarium

1.angusticlavius (tribunus)



2.crebro:saepe

3.Otho,Othonis, imperator

4.detestatum (esse): odisse

5.Cassius,ii

6.Brutus,i

7.cohorruerit: territus sit

8.concursurum: pugnaturum

9.Galba,ae

10.confideret: crederet

11.transigi: confici

12.despiciendam: contemnendam

13.manipularis militis: manipularis miles



14.concitatum(esse): motum (esse)

15.fidem faceret: persuaderet

16.mendaci: falsi

17.argueretur: reus faceretur

18.incubuerit: se coniecerit

19.proclamasse: nuntiavisse

20.cohortatus: hortatus

21. ab amplexu et osculo suo dimisit omnis: noluit complecti et basiare quemquam et omnes avertit

basiare:



22.binos: duos

23.codicillos exaravit: parvas litteras scripsit

24.ad sororem consolatorios: ut sorori dolorem levaret

25.Messalina,ae

26.Nero, Neronis

27. quam matrimonio destinarat: quam coniugem destinaverat

28.commendans: committens

29.reliquias suas: corpus suum

30.noxae: damno

31.forent: essent

32.concremavit: incendit

33.domesticis: (iis) qui familiae erant

1. Associa la didascalia alla sequenza (non tutte le didascalie sono corrette). 5

- a) Pater Suetonius refert Othonem ad despiciendam vitam concitatum esse manipularis militis exemplo
- b) Otho cohorrui memorante quodam inter epulas de exitu Cassii Brutique .
- c) Otho cum Galba concurrere noluit.
- d) Manipulari militi cladem exercitus nuntianti omnes fidem fecerunt.
- e) Suetonius pater aiebat Othonem proclamasse se non amplius bene meritos homines in periculum coniecturum.
- f) Pater Suetonius dicit fratrem fratrisque filium ab Othone sollicitatos esse ut sibi consulerent.
- g) Otho ad amplexum et osculum omnes clamavit.
- h) Otho ad sororem suam codicillum exaravit ut eam consolaretur.
- i) Cum Messalinam Neronis ad matrimonium destinavisset, eam codicillo dimisit.
- l) Ceteras epistulas ad Messalinam commendavit ut victori utilitati essent.
1. rr. 3-4:
 2. rr. 4-5:
 3. rr. 5-6:
 4. rr 8-9:
 5. rr. 9-10:

2 Indica se ciascuna delle seguenti affermazioni è vera, falsa o non deducibile dal testo. 6

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Suetonius pater admiratione Othonis capiebatur.			
2. Otho confidebat sine bello se rem cum Galba transigere posse.			
3. Manipularis miles timoris accusabatur cum fugisset ex acie.			
4. Otho sibi mortem gladio conscivit.			
5. Otho dimittens propinquos amicosque omnes complexus est.			
6. Reliquae epistulae concrematae sunt ne quem in periculum adducerent apud victorem.			

1	2	3	4	5	6

3. Scegli la risposta corretta: (7 punti)

1) Otho inter epulas cohorrui: A. quia de Cassii Brutique morte se meminisse dicebat. B. quia cum Cassio Brutoque pacem confirmare cupiebat. C. cum ab aliquo de Cassii Brutique morte audiit. D. Postquam privatus ad arma vocatus erat. 2) Otho cum Galba concurrit: A. quia animum Bruti mitem conficere confidebat. B. quia Galba ad pacem animum intendit. C. sperans se bellum componere posse. D. ratus Galbam sine ullo periculo interfectum iri. 3) Cur Otho militis manipularis casu permotus est? A. Quia miles manipularis ad bellum parandum Othonem concitavit. B. Quia miles manipularis, postquam cladem exercitus nuntiaverat, crimine accusatus est. C. Cum miles manipularis, clade exercitus nuntiata, ab hoste occisus esset. D. Cum miles manipularis crimine accusatus, spe victoriae amissa, ex acie fugisset. 4) Quando miles manipularis stricto gladio se occidit? A. Priusquam cladem exercitus nuntiavit. B. Ut primum de timore a Othone accusatus est. C. Cum in bello ullam spem salutis esse intellexit. D. Postquam, clade accepta, in dicendo suo testimonio de falso timoreque accusatus erat.	5) Quis dicebat “eum proclamasse non amplius se in periculum talis tamque bene meritos coniecturum”? A. Otho B. Miles manipularis C. C. Svetonius Tranquillus D. Svetonii pater, cognomine Laetus 6) Otho ab amplexu et osculo suo dimisit omnes: A. ut dolorem suum absconderet. B. ut sibi quisque consuleret. C. ut ad suam sororem scriberet. D. ut Messalinam matrimonio destinaret. 7) Otho quicquid deinde epistularum erat [...] concremavit: A. ut Messalinam, Neronis uxorem, tueretur. B. ut adversarios accusaret. C. ut propinquos et amicos tueretur. D. ut pecunias cum domesticis divideret.
--	--

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.

4. Scegli il sinonimo o la spiegazione che meglio corrisponde al senso del testo: (8 punti)

1) Privatum (r. 2): A. Qui sine armis erat. B. Antequam ad honores pervenit C. Cum non aptus armis esset. D. Quamquam armis non uteretur. 2) Ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum (rr. 5-6): A. ad vitam manipularis militis imitandum properavisse. B. ad vitam exemplo manipularis militis vocatum (esse). C. exemplo manipularis militis persuasum ut tempora vitae complecteretur. D. ad amittendam vitam exemplo manipularis militis impulsum (esse). 3) Nec cuiquam fidem faceret (r. 6): A. nec cuiquam miles fidem haberet. B. nec cuiquam miles falsus videretur. C. nec quisquam esset qui verbis eius fidem haberet D. nec quisquam esset qui militis mendacio fidem haberet. 4) Talis tamque bene meritos (rr. 8-9): A. Milites qui digni magno honore erant. B. Milites qui hostes magno cum honore vicerunt. C. Cives qui hostium impetum timebant. D. Cives qui in tanto honore erant ut rei publicae praefuerint.	5) Pro facultate (r. 10): A. ex voluntate B. quam maximum poterant C. pro suis quisque opibus D. ut libitum est. 6) Quam matrimonio destinarat (r. 12): A. quam Nero uxorem ducere statuerat. B. quam Otho uxorem ducere statuerat. C. quam Nero uxorem duxerat. D. quam Otho uxorem duxerat. 7) Quicquid (riga 13): A. Aliquid B. Quidnam C. Quodcumque D. Quidque 8) Ex copia praesenti (r. 14): A. ex divitiis quae supererant. B. propter divitiarum praesentium cupiditatem. C. quoniam divitias non habebat. D. ex opibus praesentium.
---	--

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.

5. Scegli la risposta corretta. 8

1. *Huic* (r.1) è:

- A. aggettivo possessivo
- B. pronome dimostrativo
- C. avverbio
- D. aggettivo dimostrativo

2. *usque adeo...ut* (rr. 2-3) introduce una subordinata

- A. infinitiva
- B. concessiva
- C. consecutiva
- D. completiva

3. *ad despiciendam vitam* (r. 5) è:

- A. un complemento di fine
- B. una subordinata finale
- C. un gerundio
- D. un complemento di moto a luogo

4. *Hoc viso* (r.8) è:

- A. un complemento di modo
- B. un soggetto più attributo
- C. un ablativo assoluto
- D. un supino

5. *Proclamasse* (r. 8) è:

- A. congiuntivo perfetto
- B. congiuntivo piuccheperfetto
- C. infinito perfetto
- D. avverbio

6. *Destinarat* (r. 12) è:

- A. Indicativo perfetto
- B. Congiuntivo imperfetto
- C. Indicativo piuccheperfetto
- D. Indicativo futuro

7. *Cohortatus* (r. 10) è:

- A. Participio presente
- B. Participio deponente
- C. Participio passivo
- D. Aggettivo

8. *Quam* (r. 12) è

- A. Pronome relativo
- B. Avverbio
- C. Congiunzione
- D. Pronome indefinito

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.

6. Trasforma la frase a partire dal testo come indicato. 6

1. Ad despiciendam vitam (subordinata finale esplicita)

2. Hoc viso (subordinata temporale esplicita)

3. quasi fugisset (anteriorità in dipendenza da tempo principale)

4. non amplius se in periculum talis tamque bene meritos coniecturum (discorso diretto)

5. ut sibi quisque pro facultate consuleret (contemporaneità in dipendenza da tempo principale)

6. Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus (al presente indicativo)
